

<sup>q</sup> Arist.H.A. quenter, in eademque <sup>z</sup> capiuntur; <sup>i.5. c. 10.</sup> et diu, quod parvas branchias habeant, parum aquae admittant, nec multum refrigerii desiderent, vivunt.

<sup>\* Plin. H.N. l.9. c. 23.</sup> <sup>Tertullian. de pallio.</sup> <sup>Seneca l.1. de Clem.</sup> Cibus ipsis caro, ideo in petris quae Channis, et Patellis plenae domicilium. Nec ab humana abstinent. Cujus \* rei gnarus Vadius Pollio, Eques Romanus, et ex amicis Augusti, invenit in hoc animali documenta faevitiae, vivariis earum immersens damnata servitia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Cum rabie agitantur, faevissime persequuntur squammosos; ita vero morbu valent, ut partem nisi tota amputetur, ab ea liberari posse neget, Rondeletius. In Sicilia \* in summa aqua pae pinguedine fluitant. Unde manu capi muraenas flutas Papirius apud Varronem prodidit.

<sup>r</sup> Plin. H.N. <sup>i.9. c. 23. et i.32. c. 2.</sup> De Muraenae cum viperam congregatu a multis <sup>z</sup> sparsa opinio. Muraena inquiunt libidinis impetu plena, latibulum viperae intrat. Vipera mas stimulis concitata ad mare accedit, et sibilo edito amatam evocat; sic ambo invicem colligantur. Fallitatem si discrepantia (alii mare cum viperam foemina congregi, alii foeminam cum viperam mare produnt) non ostendit, at certe illud, quod Nicander famae, Plinius et Aelianus vulgo eam tribuant. Andreas <sup>s</sup> apud Athenaeum, quod viperam nemorum secreta amet; nec a quoquam id observatum esse, vel piscatore vel littorum, ubi frequentes muraene, accola, neget, ostendere potest. Coëunt autem monere <sup>t</sup> serpentum, et ova parva, eaque <sup>i.5. c. 10.</sup> <sup>\* Arist.H.A. l.5. c. 4.</sup> <sup>u Idem l.3. c. 10.</sup> <sup>ψαθυγεια seu arenacea, numerosa \*</sup> et quounque tandem tempore pariunt. <sup>"</sup> Muraenulae recens prognatae, celeri adolescenti incremento.

<sup>y</sup> Plin. H.N. <sup>i.8. c. 15.</sup> Latitant <sup>z</sup> hyberno tempore, quo, paucos dies si excipias, non capiuntur. Quia <sup>z</sup> pinnis carent, flexuoso corporis impulsu moventur.

Ad Ingenium et Mores pertinet, <sup>a</sup> Nicand. in Ther. quod, e vivariis <sup>a</sup> egressae piscatores adoriri, et e navibus in mare pronos

dejicere; reti circumdatae <sup>b</sup> maculas appetere ipsas, conscientia teretis ac lubrici tergi, cum multiplici flexu laxari donec evadant; ut haesere in hanc amplius devorare quam hamum, admovereque dentibus lineas, atque ita erodere; infixas hamo, quod sint cultellato dorso, sese invertere; cauda ictas, celerrime exanimari, capite ictas difficulter, unde animam in cauda habere certum. <sup>c</sup> Plinio concentu et tintinnabulis, <sup>c Plin. H.N. l.32. c. 2.</sup> quod ex fabula de viperae sibilo natum esse credo, a piscatoribus evocari; dicuntur. Docilitatis argumentum, L. Crassus, qui cum Cn. Domitio Censor fuit, Muraena Inauribus <sup>d</sup> et gemmis distincto monili ornata, tanquam eximiae pulchritudinis puelala, vocem Crassus cognoscebat, ad eum adnatabat, et porrecta cum gaudio accipiebat; in piscina mortuam, atratus tanquam filiam luxit. Idem de Antonii Drusi in villa apud Baños, in parte Bajana, Muraena, dicitur.

Antipathiam ipsarum cum Locusta, Polypo, Ozena, Congro, Acesto, et Ferula notarunt authores.

<sup>e</sup> Vincuntur a locustis. Ad carnes <sup>e Aelian. H. A. l.1. c. 32.</sup> <sup>f</sup> Polyporum Ozaenarum <sup>g</sup> in primis <sup>f Oppian.</sup> praepropereae feruntur. Pugnas Ae- <sup>Haliut. l.3. v. 190.</sup> lianus descripsit; addidit Kiranides <sup>g Plin. H.N. l.9. c. 30.</sup> incredibile, evanescere Muraenam, si cum Locusta coquatur. Cum Congro saepissime congressam Puteolis, spectavit Perottus. Aceti gustu prae- <sup>h</sup> in rabiem aguntur. Licinius <sup>h Plin. H.N.</sup> Macer pingue scere jactatu, (alias <sup>i.9. c. 23.</sup> lactatu) fuisse non interimi, easdem ferula protinus, prodidit. Mirum quod ex <sup>i</sup> Aeliano habemus, cum <sup>i</sup> Aelian. H. plagam unam acceperit torpescen- <sup>A. l.1. c. 37.</sup> tem persistere; fin plures inferas, funditus ira accendi.

Summis olim apud Romanos fuerit in deliciis, seu ut gulæ irritamenta, seu quod diutissime et magna copia in vivariis servari possent; vel unus C. Hirrius duodena <sup>k</sup> milia <sup>k</sup> Varro de festertia, ipsis alendis infume- <sup>R.R. l.3. c. 17.</sup> bat, et uno tempore Caesari <sup>l.9. c. 55.</sup> VIM. Muraenarum mutuo dedisse in pondus dicitur; nam permutare pretio vel alia merce noluit.